

de libro tuo. si non parcis huic populo; Nec tamen de-  
tus ē. quia non habebat iniquitatem. sed gratia pro-  
fluebat; Ur̄aigitur estis confessione conuicti. quod  
sapienter factum non possumus dicere. sed astute;  
Acute enim cognouistis. loci istius uos attestatione  
conuinci. nec argumenta ur̄a. aduersus id posse  
testimonium conuenire; Quo enim possit aliō in-  
tellectus loci istius deriuari. cum series lectionis  
tota despūsit; Nicodemus querit de regenera-  
tione. Respondit dn̄s. Amen amen dico tibi.  
nisi qui renatus fuerit per aquam & sp̄m. non potest  
introire in regnum dī; Et ut ostenderet aliam  
generationē secundum carnem eē. aliam secun-  
dum sp̄m. addidit. Quod natum ē de carne. caro ē.  
quia de carne natum ē. Et quod natum ē despū.  
sp̄s ē. quia dī sp̄s est. Persequere ergo totam se-  
riem lectionis. Inuenies quod dn̄s impietatem  
ur̄am. plenitudine assertionis exclusit. Noli  
inquit mirari. quia dixi. oportet & uos nasci de-  
nuo. Sp̄s ubi uult spirat. & uocem audis. sed  
nescis unde ueniat. aut quo uadat; Sic ē om̄is